

Petrus de Vinea

*Ep. V 132 (Etsi clementiae
nostrae immotum firmumque...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. V 132 (Etsi clementiae
nostrae immotum firmumque...)*

gennaio 1235

Magistro iustitiario, de distributione generalis collectae.

1. Etsi clementiae nostrae immotum firmumque propositum regnicolarum nostrorum fidelium taciturnitas humilis et deuota eorum exonerationem meruit, quia tamen necessitas utilis, quam instantis temporis qualitate prosequimur, propositum in hoc nostrae maiestatis adducit, ad eorum certa subsidia, concordii uoluntate uotorum omnium in complementum nostri beneplaciti concursu securi, sic confidenter accedimus, ac si manus ad scrinia nostrae Camerae mitteremus. 2. Ideoque fidelitati tuae precipiendo mandamus, quatenus quantitatem presentibus interclusam, per singulos iustitiariatus decretae tibi prouinciae, per iustitiarios auctoritate nostra mandes imponi. 3. Viam et modum omnem excogitans, qualiter taxanda collecta equaliter distribuatur inter uniuersos et singulos, ad facultatem cuiuslibet habendo respectum. 4. Sic enim nullus grauiter feret, quod sub equalitate persoluet.